

Incipit explanatio eiusdem historie.

Et sc̄d̄s angl̄s tuba cecinit et uelud mons magnus ignis ardens missus est in mare. Mons ardens: diab̄l̄s est missus in ppl̄o. Et facta est t̄cia pars maris sanguis. Mare. sc̄m istud dicit. quod est tercia pars terre. uel arborum quem supra exposuimus. ipsa est tercia maris. Terciam dixit: quia in toto mundo tres partes exponit. Quod aūt dixit facta est tercia pars maris sanguis: ipsa est in ecc̄lia sub nomine xp̄ianitatis. Sic in egypto aque primum uertuntur in sanguinem. Mare et egyptum: iste mundus est. Licet in egypto corp̄alit̄ gesta sunt sp̄aliter tam̄ nunc geruntur in nob̄. Aque uerse in sanguine. idest doctrina philosophoꝝ in seculo carnaliter intellecta. Multa de scripturis ꝓferunt. s; carnaliter senciunt. Unde et mare idest ppl̄s eos imitando in sanguine uertuntur. quos crux xp̄i idest penitentia ab ecc̄lia expellit.

MADRID — Ministerio de Cultura — ARQUEOLOGICO. Beatus manuscript. XII century. Photo. J. Pierpont Morgan ... W. S. Clark ...